

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1202

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

141. *Der Domprobst Heinrich beurkundet, unter welchen Bedingungen das Straßburger Domcapitel seinen Dienstleuten Wernher Kalb und dessen Sohn Konrad die Verwaltung des Stiftsgutes Lampertheim auf Lebenszeit überlassen habe. [1202] Mai 31 Straßburg.*

: In nomine sancte et individue trinitatis. Heinricus dei gracia Argentinensis 5
ecclesie major prepositus universis Christi fidelibus, : ad quos hec pagina perve-
nerit, in domino Jesu Christo eternam salutem. quia diuturnitas temporum sepius
oblivionem inducit, oblivio quidem discordiam facit, discordia litem parit, merito
literarum series recordationis ministra interponitur, ne forte communi utilitate
statuta scrupulo dubietatis turbentur. placuit itaque capitulo nostre universitatis, 10
petitioni Wernheri Vituli et Cûnradi filii ejus ministrorum nostrorum in mensurna
nostra, que dicitur de Lampertheim, taliter acquiescere, ut jam dicti *Wernherus* et
Cûnradus officiales nostri, qui prefatam mensurnam jam diu a nobis ad certos
annos ministrandam receperant, usque ad tempus vite ipsorum habeant et ad utili-
tatem ecclesie ac suam diligenter colant ac prebendas fideliter administrent. uno 15
itaque ipsorum decedente alter, quoad vixerit, simili jure habeat et post mortem
utriusque libere absque suorum heredum impedimento sive contradictione cum omni
edificiorum culturarum ac fructuum integritate ad nostram fraternitatem mensurna
redeat, ita tamen, quod animalia predicti officialis ultimi, que pro colenda mensurna
habuerit, ipsius heredes accipiant, cetera vero ad utilitatem ecclesie vel sequentis 20
mensurnarii omnino accedant. preterea si ultimus predictorum officialium ante
Juni 24 festum sancti Johannis baptiste, administratione anni illius nundum finita, decesserit,
heredes ipsius usque ad idem festum perfecte colant et debita mensurne recipiant,
Aug. 10 prebendas autem usque ad sequens festum sancti Laurentii plenarie administrent.
capitulum namque vel mensurnarius sequens a jam dicto sancti Johannis festo 25
ulterius necessariam culturam exsolvat et census omnemque utilitatem mensurne
percipiat. si vero in ipsorum administratione majorum rerum defectus fuerit, panis
videlicet, carniū et piscium et pro ipso defectu coram decano vel fratribus ab
aliquo dominorum querimonia mota fuerit, predicti ministri secundum justiciam vel
graciam capituli et conquerentis ipsum defectum infra septem dies supplebunt vel 30
infra monasterii ambitum claustrum ejusque officinarum usque ad satisfactionem per-
manebunt. reliquarum autem rerum defectum infra quatuordecim dies simili modo
emendabunt vel infra monasterium claustrum ejusque officinas inclusi remanebunt.
verum si pro aliquo defectu infra septa monasterii claustrum et officinarum ultra
quatuordecim dies duxerint in morandum et jam dictum defectum neglexerint corri- 35
gendum, cuilibet fratrum liceat, pretaxatos ministros, sicut jus est, mensurne de
ipsa impetere, ita tamen, quod mensurna abjudicata nichilominus debeant colere et
usque ad proximum sancti Laurentii festum prebendas ex integro administrare. in
administratione igitur prebende nullum defectum canonici debent sustinere pro
aliqua rerum caritate, si tamen res venales reperiantur. nec illud eis debet nocere, 40
si forte pro ipsorum officialium eorumque amicorum culpa vel negligentia seu
inimicia in bonis mensurne dampnum sustinuerint; si vero tempestate vel pro
communi gwerra sive communi incendio in ipsa mensurna dampnificati fuerint,

pro qualitate dampni capitulum eis parceret secundum hoc, quod fratribus mensurnariis in consimilibus parcendum decreverit. sane si aliqua ecclesia pertinens ad mensurnam vacaverit, excepta capella de Scerrewilre, quam ad usum mensurne servare ac dimittere debent, prenominatis ministris liceat, in ipsa ecclesia idoneum clericum eligere atque majori preposito ad investiendum presentare, deinde archidiacono pro altaris cura recipienda offerre. nec ipsi eorum rationabilem electionem debent impedire. officia quoque si vacaverint, prelibati ministri ad utilitatem mensurne ac suam libere conferant beneficia; vero si forte nunc vacant vel vacare contigerint, in quibus heredes defunctorum nullum jus succedendi habeant, mensurne reserventur nec prepositus sive ministri predicti alicui conferre valeant; sed si hereditario jure ad heredes decedentium debeant pervenire, a manu prepositi absque dampno claustrum heredes recipiant. decedentibus autem prefatis *Wernhero* et *Cûnrado* concessionem ecclesiarum et beneficiorum ad sequentes mensurnarios illibate redeant. recitata ergo et exposita hujus scripti serie prenominatis *Wernhero* et *Cûnrado*, quam etiam *Walterus* plebanus de *Wange* et *Wernherus* plebanus de *Lampertheim* filii ejusdem *Wernheri* intellexerunt, predicti omnes quatuor, *Wernherus* pater eorum et *Cûnradius* atque *Walterus* et *Wernherus* fratres, juramento corporaliter prestito juraverunt, prefatam conventionem omnimodis observare atque predicto modo pro defectu administrationis infra monasterii claustrum et officinarum ambitum communiter permanere. si vero aliquem predictorum quatuor decedere contigerit, reliqui aliam personam capitulo acceptabilem sub eadem obligatione assignabunt. acta sunt hec in capitulo *Argentinensi* anno dominice incarnationis 1203¹, indictione 5, auctoritate nostra et presentia et *Eberhardi* decani, *Alberti* custodis, *Friderici* cantoris, *Morandi* scolastici, *Arnoldi* portarii, *Berhtoldi* et *Rudolfi* mensurnariorum, *Cûnradi* choriepiscopi, *Heindenrici* et *Dietthelmi* presbiterorum, *Arnoldi*, *Burchardi*, *Ludewici*, *Hermanni*, *Ulrici*, *Reinhardi* subdiaconorum, presidente sancte Romane sedi domino *Innocentio* tercio anno pontificatus ipsius 5, sub antistite nostro domino *Cûnrado* anno episcopatus ipsius 13. ut autem hec nostra conventio firma et illibata servetur, presentem paginam scribi ac domini nostri episcopi atque capituli sigillis fecimus corroborari. data Argentine pridie kalendas junii.

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 2709 or. mb. c. 2 sig. pend. laesis.

Gedruckt aus dem lib. sal. 1347 bei Würdtwein Nova subs. dipl. X, 202 nr. 71.

142. In einer Urkunde *Bischof Konrads von Straßburg für das Lautenbacher Capitel unter den Zeugen*: *Fridericus* cantor *Argentinensis* ecclesie, *Albertus* de *Zabernia* capellanus episcopi, *Rudolfus* camerarius, *Ruodolfus* scultetus et frater ejus *Waltherus*, *Burchardus* burggravius, *Albertus* vicedominus. acta sunt hec publice apud *Rubiacum* anno dominice incarnationis 1202. 1202 *Ruffach*.

Aus Würdtwein Nova subs. dipl. X, 206 nr. 72 nach einem Basler Vidimus von 1489 im ehemal. Straßb. bischöfl. A.

¹ Die Uebereinstimmung aller übrigen Daten zum Jahre 1202 nöthigt zur Annahme, daß 1203 hier für 1202 verschrieben ist.